

ad habitandum. & suburbana earum animalibus nostris. Oportebat ergo  
 siam desuburbanis & decuitatibus sortem fieri ne forte indiscrete &  
 fortuito inter leuitas celebrata diuisio uideretur. sicut ergo distribu  
 tio sortis quae facta est in filiis israhel habuit rationem quaequis prima  
 sorte dignus habere qua & alius secunda. De qua ut potuimus iam ante  
 tractauimus. sed & hinc per moysen. ultra iordanem & abiesu in terra  
 re promissionis accipiunt ubi prima sortis cecidit in beniamin & post  
 modum inter ceteros in quibus fuit ultimus dan. Itaque necesse est esse ali  
 quam rationem siam in ordine sacerdotalis & leuiticae sortis. ut alii  
 prima. alii secunda. alii uero tertia sortis ducatur. per quas illa uel  
 illa loca unicuique decernuntur. dicuntur autem filii esse leuiger son  
 & cith & merari. & ostenditur prima tenuisse in honore cith. qui filii  
 cith fuerunt amram. & deo moyses & aaron & maria. Igitur decath  
 pars quidem plebis effecta est sacerdotalis. quae est aaron & filius eius.  
 moyses autem aut in sacerdotali ordine aut si quid siam amplius a sacer  
 dotali esse potest habendus est. Alii uero est ratio de filiis eius. ceteri  
 autem ex filiis cith secundum tenuerunt in tribu leui si quis sunt ex isa  
 char & aaron & odiel. tum deinde post hoc accipiunt partem post  
 cith. ex filiis leuiger son tertio loco. Nouissimus uero omnium merari.  
 haec est autem differentia primi ordinis & secundi & tertii uel quarti.  
 quam primo omnium obseruauimus in numeris postea enim quam  
 ordinatae fuerant duodecim tribus per quatuor orbis terre partes  
 circa animum testamenti dñi excubias agere & statuta sunt tres quidem  
 tribus ab oriente. & tres quidem ab africo uel meridiano. tres autem  
 ad mare quod est ad occidentem. tres uero ad aquilonem quae est sep  
 tentrio. uel siam isti per quatuor orbis terre partes eodem ordine  
 deputantur. & ab oriente quidem ubi erat tribus iuda quae erat